Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



super humerum eius. et vocabit
nomen eius admirabilis. consi
liarius deus fortis. pater futuri
sæculi princeps pacis. Multipli
cabitur eius imperium et regni
eius non erit finis. super solium
dauid et super regnum eius sedebit
et confirmet illud et corro
boret in iudicio et iustitia a
modo et usque in sempiternum.

Hymn. Apparuit Ad tertiam. ij

Gratia dei et saluatoris nri
omnibus hominibus erudiens nos
ut abnegantes omnem impie
tatem et secularia desideria. sobrie
et iuste et pie viuamus in hoc
sæculo expectantes beatam spem
et aduentum gloriæ magni dei et
saluatoris nri ihesu xpi qui de
dit semetipsum pro nobis ut nos
redimeret ab omni iniquitate.
et mundaret sibi populum acceptabi
lem sectatorem bonorum operum.
Hæc loquere et exhortare. In
xpo ihesu domino nro. Gē Et factum
est cum perfecisset omnia quæ mandaui
doribus suis transiit inde ut doceret et prædicaret
in ciuitatibus eorum. ℣ Dixit dominus domino meo sede
a dextris meis donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Alla. ℣
Dominus dixit ad me filius meus es tu ego
hodie genui te. Sequentia.

Gratias nunc omnes reddamus domino
deo qui sua natiuitate nos le
uauit de diabolica potestate. Hunc
oportet ut canamus cum angelis
semper gloria in excelsis. S. Lucam. ij.

Factum est autem in diebus illis exiit edictum a cesare
augusto ut describeretur omnis
terra. Hæc descriptio prima
facta est a preside syriæ cyri
no. Et ibant omnes ut profiterentur
singuli in suam ciuitatem. Ascen
dit autem et ioseph a galilea de
ciuitate nazareth in iudeam a
ciuitatem dauid quæ vocatur beth
lehem. eo quod esset de domo et fa
milia dauid ut profiteretur cum
maria desponsata sibi uxore
pregnante. Factum est autem cum
essent ibi. impleti sunt dies ut
pareret et peperit filium suum pri
mogenitum et pannis eum in
uolut. et reclinauit eum in præse
pio. quia non erat eis locus in diuer
sorio. Et pastores erant in regi
one eadem vigilantes et custodi
entes vigilias noctis super gre
gem suum. Et ecce angelus domi
ni stetit iuxta illos et claritas de
circumfulsit illos et timuerunt
timore magno. et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce
enim euangelizo vobis gaudium
magnum quod erit omni populo. quia
natus est vobis hodie saluator
qui est xpus dominus in
ciuitate dauid. Et hoc vobis
signum. Invenietis infantem
pannis inuolutum et positum